

Zd  
5770





Z d  
5770

F K: 65

Trei Postulat iudiciorum, et utilioris  
dans huius modis operis, exquidem benevolentia et amicitia  
in gloriosius iudiciorum concordia et amicitia, non raro utrumque  
duorum iudiciorum et iudiciorum, a duorum iudiciorum iudiciorum  
et iudiciorum. Atque alioquin, quicquid est, utrumque iudiciorum  
est, sicut in Academiis, coniunctis, sanguinis iudiciorum, ut  
mutuacione iudiciorum. Atque iudiciorum sanguinis iudiciorum  
siquidam, quae est, et iudiciorum, et iudiciorum iudiciorum  
bestrikingam iudiciorum. Quicquid iudiciorum sanguinis iudiciorum  
est, utrumque iudiciorum iudiciorum iudiciorum  
bestrikingam, quae est, et iudiciorum, et iudiciorum iudiciorum  

# PRORECTOR ACADEMIAE VITEMBERGENSIS DIOGO THOFREDVS BERGERVS POTENTISS POLON REGIS ET PR ELE CTORIS SAX ARCHIATER, COLLEG MEDICI SENIOR ET PROFESSOR PRIMARIUS

## CIVIBVS ACADEMICIS S P D

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA



**E**T rei postulat indignitas , et nihilo feliciorum,  
quae nostra uidit aetas, exemplorum peracerbus admonet sensus,  
ut doleamus uicem concionis Sirmiensis, cum recordamur, quam  
malam retulerit iis gratiam, a quibus summo receptus erat stu-  
dio, Photinus. Alebat aliquid monstri, disciplina, et consuetudine, Mar-  
celli, antistitis Ancyranii, corruptus antehac, sed fraudem probitatis si-  
mulatione dissimulabat. Valebat ingenio, abundabat doctrina, utebatur  
eloquentia, facili et copiosa, et naturali quodam bono ad mouendum  
peruadendumque instructa. Quibus rebus quantum augebatur opini-  
o, de uirtute excellentis huius doctoris concepta, tanto grauius erat  
periculum, quod istius occulta, et latitans, animi peruersitas afferebat.  
Namque errorem, quo praecipua fidei salutaris capita, ipsumque sacrae  
Triados honorem studebat euertere, per insignem improbitatem impu-  
dentiamque professus, multos induxit auctoritate sua, et usque eo ce-  
pit illecebris irretitos, ut, quamvis Senatus, qui huins rei cauillam Sirmii  
cognoscet, sententia depelleretur de gradu, a multitidine tamen, eius  
admiratione decepta, retinetur per vim tantisper, dum, tructus disputa-  
tione, et fractus robore, Basilio Ancyranii, in exilium ejiceretur. Haec  
talia diligentius cum animo recensenti illud quidem exemplo non obscu-  
ro constare potest, non sola rerum scientia, sed in primis quoque boni-  
tate, constantiaque animi, in ueritatis diuinae obsequio firmati, inter-  
pretem diuinae mentis aestimari. Alioqui uere, et diuinis literis, quae  
Mosaicis continentur monumentis, conuenienter, Vincentius Lirinensis:  
**IN ECCLESIA DEI**, ut illius uerbis utarum, **TENTATIONEM POPVL**  
**ESSE ERROREM MAGISTRI**. Atque hoc quidem ita contendit, ut  
et rationibus exemplisque, maxime Photini, Nestorii, Apollinaris, Ori-  
genis, Tertulliani, exponat, et aeui sui, ab antiqua fide descendentis, ca-  
lamitatem deploret, cum, Religione in tanta partium studia iniquius  
distracta, horum, quos diuinae uocis praecones esse oportet, ali pa-  
rent errores, alii partos, et promulgatos, uel inconsulto alienae aucto-  
ritatis obsequio, uel ingenii libidine amplexi, tuerentur, latiusque disse-  
minarent. Equidem cum tempora ista, quibus, praeter ceteros, Donati,  
Pelagii, in primisque Nestorii, furiis exagitabantur homines, mente re-  
peto, non difficulter intelligo, in tanta coetus emendatoris diffensione,  
cauilla fuisse Vincentio, quamobrem non solum nouas pernicioſasque  
opiniones conuelleret, et proſigaret, sed etiam ſemetipſum aduersus erro-  
res confulta, et, cum memoriae subdiffideret, scripta, commentatione ueri-  
tatis ultimae, quantum posset, mature praemuniret. Cum illam aetatem,  
cum nostra comparo, discrucior animi, uehementerque angor, haec, qui-  
bus ea tempeſtate laborabat ciuitas Dei, non imminuta esse mala, sed malis,  
ut nunquam, ſenectutis uitio, effoeta, ac foecunda potius eſt errorum li-  
bido ingenii depravati, grauioribus aucta. Tanto magis optandum eſt,  
ut, inter tot seculi Photinos, Photino certe non meliores, conſeruentur no-  
bis alii, ipſo Basilio Ancyranio integriores, qui, nulla ullius meriti opinione a  
uero flexi, ore et uoce, in qualibet facri muneri conditione et administratio-  
ne, pro ueritate coeleſti propugnent: tanto etiam magis commendandum  
Vincentii uel studium, uel, quoad nihil uitii accessit, consilium, ut a studio  
noui

nouitatis alieni, in priscae, et exploratae, fidei formula aduersus omnes  
temporum hominumque motus obfirmemur. Pannorum, qui Sirmium  
colebant, sacris cum Praesulis auctoritate praecerat Photinus ille quidem,  
et hoc maius reputandum est erroris discriminem, quo maior altiorque er-  
rantis dignitas est atque amplitudo; nemo tamen, rerum in sacris gestarum  
non ignarus, dubitat, quin ab iis quoque multum calamitatis in Rempu-  
blicam Christianam importari possit, importatumque sit, qui, cum non  
sint pari uel scientia, uel loco, aliorum tandem errores cupide arripiant, nec  
segnius propagent. Plura, quam uelimus, in promptu sunt exempla, quae  
tamen persegu longum est, et recordatione rei indignissimac molestum.  
In argumento sanctioris instituti magis iuuat Vincentii meminisse, quam  
Photini, et, quamvis luctuosa sit huius temporis memoria, minus tamen  
iuuat meminisse Vincentii, quam IOANNIS MICHAELIS REISMANNI.  
Vincentius, cum pro antiquae Religionis causa summa ope niteretur, a-  
deo tamen a nouitatis periculo sibi cauere, ut aliquibus usum est, non  
potuit, quin, relictis fontibus limpidissimis, aliqua ex doctrinae Semipela-  
gianae lacunis hauireret. At Reismannus has, aliasque diuinae institutio-  
nis corruptelas sic detestatus est, et, quam casta colendum sit Numen di-  
uinum, uoce, exemploque uiuendi, sic docuit, ut, quod ueritatis studium  
profitebatur ille, hic omnibus constanter probaret, et, cum ab aliis, qua-  
erat prudentia modestiaque, identidem discere gloriosum putaret, nemini  
tamen concederet amore illius retinendi depositi, quod non soli Timo-  
theo, sed sibi quoque commissum esse, non ignorabat. Hac enim lege  
religionis colendae filium instituit Pater, munere, quod quatuor et uiginti  
annos integerrime curauit, et uita sanctus, literato etiam doctoris sapien-  
tiae nomine clarus, GEORGIVS REISMANNVS. hac animi sanctitate  
imbuit mater emendatissimi moris, MARIA DOROTHEA, ortu Poloni-  
a: qui parentes optimi eum, A. c. 15, 10c, LXIX, XVII Kal. Sextiles, Rein-  
hardi grimmae, in uico, altero ab Regia Saxonum lapide, suscepit, si-  
mul ac per actatis captum lieuit, domesticis magistrorum literis nauiter  
erudiendum curarunt, tam prospere succedente ingenii, praesertim patern-  
na cura, quae Mitternachtianae disciplinae memoriam exemplumque ser-  
uabat, adiuti, cultu, ut A. eius seculi primo et nonagesimo, XVIII Kal.  
Septembres, Freybergensis Gymnasi studiis transferetur. Discipuli, inter-  
primos relati, indolem egregiam agnoscabant, laudabantque Praecepto-  
res eruditissimi, et uirtutem, quae, suis incitata stimulis, annos non expé-  
ctarer, cognoscabant tales, ut et ingenii promptissima facultate plerisque  
condiscipulorum eum anteferrent, et, doctrina continuato anni labore su-  
pra aetatis modum prouecta, euntem Vitembergam, honestissimo bona-  
spei testimonio ornarent. A. c. 15, 10c, XCII, III Nonas Sextiles, no-  
men hic professus, et ciuitati ascriptus, hoc consilii ordine laboris, quo  
apparanda erant sacri munera instrumenta, rationem instruxit, ut pri-  
mum quidem uario doctrinarum genere, adiutoribus industriae peritissi-  
mis, Roehrenseis, Schurzflechiis, Dassouis, Roescheliis, Vernsdorfiis,  
Loescheris, Tiezmannis, Volfis, Toepferis, Edzardis, et aliis, expoliretur,  
tum, comparatis iam scientiae, quae huic requireretur, praefidiis, diuinarum  
rerum studio, ducibus solertissimis, Deutschmannis, Loescheris, Hanenckenis,  
Neu-

FK 2d 5770  
Neumanis, daret se se fottim. Nec vero defuit aut doctrinae praemium honoris, quem A. cl<sup>a</sup>, 1<sup>o</sup>, XCIX, solemnis nominis amplificatore, Christiano Rochrenso, cepit ingenii spectati iuuenis, neque uirtuti, publicis eloq<sup>i</sup>s cohonestatae, occasio laudis, eruditis exercitationibus publice priuatimque cumulandae, tantumque probata fuit Reilmanni in prosecu sanctioris studii felicitas, in concionibus, ad populum habendis, industria, et, cum facilitate copiaque, naturalis aliqua dicendi suauitas, et uocis atque oris commendatio, ut A. cl<sup>a</sup>, 1<sup>o</sup>, CCII, pridie Kalend. Februarias, pluribus cupide perentibus, huic, praeter ceteros, demandaretur, prouincia, quam sacris, in pestilentis morbi periculo curandis, maiorum religio destinauit. Nactus aliquem fortunae locum, excitauit animum, rebus familiae affictis, perculsum fere atque abiectum, et, crebro datis pro concione speciminibus doctrinae, eloquentiae que sacrae, sic eluxit breui, ut eodem anno dubium esset nemini, quin in locum docissimi Kynadi, Seruestam Anhaltinorum cum plurium dolore discedentis, opinii cuiusque suffragio, sufficeretur. Deo cum placium esset, ut fratri natu minori succederet maior, tam bene partes suas administravit ille, ut multa, nec tenuia, laudum capita forent hic percensenda, nisi ad eximiae laudis commendationem ei satis esset, si doctrinam uitae exemplo dicatur comprobasse. Desiderent in Vincentio, quod uelint, ii, quibus aliquo leuitatis nomine suspectus est, praesertim cum Augustini doctrinas impugnaret, eoque a Prospero ex instituto confutaretur. Nos quidem in Reismanno nihil desideramus, praeter longorem uitam, cuius, tricesimo aetatis anno, tribus mensibus, spatioque duarum hebdomadum, et tridui superato, finitac, breuitate cum frustratus sit spem nostram, obitum tam acerbum cum matre, moerore confecta, cum Fratre, fraternali amoris dulcedine priuato, cum uxore castigatissimae uirtutis, IOANNA CHRISTIANA, natalibus Quenstadiis ruptum, quod sex annorum uix fuerit, matrimonii foedus lacrimis prosequente, cum liberis, qui relicti sunt tenellae aetatis, BENEDICTO LV-DOLPHO, et IOANNA CHRISTIANA, patre orbatis, admodum lugemus. Decessit proximis Nonis Nouembribus, plenioris intellisci morbo, quem ~~noληνο~~ nominant, superatus, sed uiueret, si quid aut bonorum optata ualerent, aut contra fatum proficeret ars medendi, qua ei, grauiter labranti, affuit fides sollicitudoque Experientissimi Medici, Christiani Vateri. ita decessit tamen, ut sciret, quem sit in tutum optatumque quietis aeternae portum his ex turbis proficendum, percepto diuinae consolationis fructu, quo eum Vir perquam Reuerendus, M. Volfius, Collega animo doctrinaque coniunctissimus, recreauit identidem, et confirmauit. Cohortandi estis, CIVES, ut cogitetis, quid quantumque honoris laboribus sacris, et fideliissimis, Reismannorum fratribus, quid nominis Quenstadii memoriae, debeat, et H. I poimeriana, frequenti conuentu celebretis funus, ex aedibus, quas incoluit sacerdos, in coelum electus, in AEdem Marianam ueteri ritu deducendum, et, grauissimo interprete Christiani cultus, plurima ueneratione digno Antistite, ac Doctore, CASPARE LOESCHERO, publicis auitae consuetudinis honoribus afficiendum. P. P. Dominica.

XXIV TRINIT. A. R. G. cl<sup>a</sup> 1<sup>o</sup> cc ix

Pon 7d 5770 ,

FK



1018



L  
L  
L



Z d  
5770

F.K. 65

# PRORECTOR

## ACADEMIAE VITEMBERGENSIS

DOMINI IOGOOTHOFREDVS  
BERGERVS

POTENTISS POLON. REGIS ET PR. ELE.  
CTORIS SAX. ARCHIATER, COLLEG.  
MEDICI SENIOR ET PROFESSOR  
PRIMARIVS

CIVIBVS ACADEMICIS  
S P D



**Farbkarte #13**

